

ILLVSTRISS. AC REVERENDISS.

D.D. FRANCISCO MARIAE

DE GHISLERIIS, ALOYSII FILIO,
Castri Falcinii in Ditione Sarsenẽsi in Romãdiola Comiti,
Ex Antiqua, & Senatoria Prosapia Bononię Orto,
Vtriusque signaturæ Referendario.
Olim Bertinori, deinde Fori Liuii, Cesenæ, & iterum
Fori Liuii Ciuitatum Gubernatori vigilantissimo
Ab Vrbano VIII. Pont. Max. An. 1627. Romanę Rotę
Auditori selecto, atq. ab Innocẽtio X. Põt. Max.
An. 1646. Terracinæ Romanorum Colonię,
ac Municipii Vrbani Antistiti,
cũ iunctis Ecclesiis Priuernatum, & Setinorum creato.
Qui
Iurisprudentia, fide, doctrinæ excellentia, ac integritatis
dono eximius, Hostiũ insidias piis radiorũ virtutis
excubiis propellẽdo, grataque Pascua Ouili parando,
Super aurea sibi tradita Talenta lucrum
conduplicat Animarum.
Pamphilius Cęsius I. V. D. Academicus Caliginosus,
& Antiquarius Cassianus,
Venerandæ Antiquitatis amplissimam,
gratulans existimationem,
In nuperæ seruitutis, & veræ obseruantiæ pignus,
Perpetuum venerationis testimonium
D. D. D.



Pro Dom. d. P... ... ...

Geneologicum hoc Eulogium: An. sal. 1660.

Quod

In Theatro exponens eruditorum; hanc Testium inducit veritatem. Gens siquidem Ghisleria, siuè Isleria, & Gisleria, etiam dicta, Felsinæ Arboris frugifer Ramus, Vetustate, Nobilitate, Celebritate, Potentia fulgescit maximè spectabilis, ipsius Theodosij II. Imperatoris ætate conspicua, primaq. sub S. Petronii Bononiæ Epis. & Patroni ductu.

(si inueteratæ hominum credimus opinioni)

1 A quodam Islerio, precipuo Equite Constantinopolitano sua sumpsit exordia.

Anno ab orbe Redempto 430.

Ex hac eximii viri Auctoritate, Imperio, Titulis, gloria, Senatoria dignitate, non tã in docta Bononia, quam in Alma Roma, Aretii, Aesii, Auximi, Assisii, Perusię, Montoni, Boschii, Vicentiæ, Papiæ, Taurini, atque in aliis Italię Ciuitatibus, Non minus Armis, & Litteris, quã sanctitate præstantes quam plures prosiliere.

...c ant. Tradit. ...onon. & MS.

...c Processf. Bo...on. Roma, & ...icen.

2 Gislerius alter è Bononia circa An. 770. Aretium petiit, vbi suam plantauit familiam. Quæ An. sal. 801. cooptata fuit inter CCC. familias Patritias Aretinas, & feudatarias Caroli Magni Imperatoris. A quo idem Gislerius cum descendentibus creatus fuit Comes *Fonthiani*, Oppidi quatuor milliaria ab Aretio distantis, Eoque in oppido eius Posteri dominium sustinuere vsq. ad 1190. Quo *Anno* Paganus, & Scoria, filii Tancredi Vbertini Gulielmi Bosi Raynerii Gislerii de Ghislerijs, *Aretini Patritii*, idem oppidum cum multis prædijs, ac bonis dono dederunt *Abbatiæ* Monasterii ss. Floræ, & Lucillæ, Monachorum Benedictorũ extrà Aretium, vbi circa An. 1200. hęc familia desiit

...c Instrumen. ...a Archiu. Ab...at. Aretii.

...genius Ga...orrinus lib. 1 ...st. Aretii.

3 Islerius huius nominis 3. è Ramo Bononiæ sub an. sal. 970. Aesiũ se cõtulit ibiq. suã sobolẽ propagauit, virtu-

virtutibusque præfulgens ingenuis, ab Honesto Rauennatum Archiepiscopo mediam partem Massę Auximanæ, Ipsumq. Oppidum Massæ insurno Cerno ædificatum, cum Pagis, vineis, terris, siluis, foeudis, ac Incolis obtinuit an. sal. 977. *Hieronym. Rubeus lib. 5. hist Rauennat. an 977.*

4 E Ramo Aesii emicuère Gislerius 4. qui an. 1037. Episcopus Auximanus electus fuit, quem s. Petrus Damianus Cardin. an. 1061. sua epistola hortatur, vt spreto mundano sæculo ad Deum ardentius anhelaret: præcipua in Creatorem pietate, ac Gregem charitate enituit. *Idem an. 1037 S. Petrus Dam lib. 4. Epist. 4 & Opusc. 16.*

5 Frater, seu Nepos, prædicti Gislerii Episcopi, in eadem Ciuitate Auximi se in matrimoniū collocauit: & ex hoc Connubio natus fuit quidam, qui affinitatē iniuit cū familia de Gozzolinis, nobili Auximana, et eius obitū Ghislerio de Gozzolinis, patri s. Siluestri Congregationis Siluestrinorum Fundatori an. 1231. nomen reuocauit. Hæc Progenies de Ghislerijs circa an. 1230. Auximi defecit. *Vghellus de Epis. Auxim. n. 10. to. 1. Ital. sac. Ex Monum. ant. Auximi. E Vita S. Siluestri Gozzolini & Chron. Siluestriner.*

6 Ex eadē Linea Isleriorum, siuè Gisleriorum Aesii, prosiliere Thomas Islerius Ciuis, ac Episcopus Aesii an. 1486. creatus ab Innocentio 8. cuius erat familiaris, omni virtutum genere prefultus, Gregis expectationem superauit. Cum per XX. annos suæ Ecclesiæ laudabiliter prefuisset, die 6. Iunii 1505. diē clausit extremum. Atque in eius Cathedrali ante Aram s. Septimii Epis. & Martyris, Cuius corpus inuenerat, & solemniter transtulerat, fuit tumulatus. *Idem Vghellus to. 1. de Epis. Aesii. n. 26.*

7 Angelus Islerius Aesinus I. C. precipuus, Equestris Ordinis Comes Palatinus, Fulginiæ Pretor an. 1458. Florentinorum an. 1459. deinde Senensium, Perusinorum, atq. aliarum Ciuitatum Rector, nec non in alma Vrbe an. 1479. & denuo 1484. Senator, Patrię, & aliis beneficus, obiit an. 1490. *E Catalogo Pretorum Fulgin. Floren. &c.*

8 Petrus Simon Islerius, præfati Angeli dignus filius, Aeques, Comes, ac I. C. insignis, de litteris, de Ciuibus, ac de sua Patria benemeritus, *Inscriptio sepulchralis in Cathed. Aesina.*

correptum à suo Parente virtutum iter consectatus, Florentiæ, An. 1492. deinde Ferrariç Pretor, alies quoq. Magistratus, & Legationes cum gloria gessit. Et dum apud Clementem *VII.* pro Patria tutanda viriliter laborabat, Viterbii è viuis decessit ætatis An. 70. A. D. 1528. Hic ex eius vxore, nomine Ludouica de Ottonis, Antonii Mathelicç Domini,

Inscriptio altera in d. Cathed. Aesii.

Carolus Strozzius de Magistrat. Florent.

Ex Arbore DD. de Ottonis, & de Gabrielis.

9 ac Gentilis de Oddis, patritiæ Perusinæ, filia, genuit Ioannem I. C. præclarum *Aesinum*, patrem Paulç, vxoris, postea Comitis Hieronymi de Gabriellis, Eugubini patritii, *Reipublicæ* Venetæ Tormẽtorũ bellicorum Generalis A.D.1570.

Ex altera inscript. Cathed. Aesii.

10 Hippolytus Islerius, dicti Ioannis filius, Eques Aesinus egregius, & Cosmi 1. de Medicis, Florentiç Ducis, Tribunus Militum, virium, & ingenii robore à Plumbino TusciæCastro Dominos naturales eiecit. vt Iura sui *D*omini tueretur. Obiit in Patria A.D.1560

11 Ex Ghisleriis Aesinis viuunt adhuc Abbas Thomas, & *A*ntonius eius pronepos.

Ex Lib. Reformat. & submission. Cancellar. Perus. Ciacc.par.4.hist. Perus.l.8.

12 Ghislerius huius nominis 7. Albericiq. Ghislerii 6. Gulielmi Ghislerii V. filius An. 1160. ob ciuiles discordias Bononia profectus Assisium, Ghislerium genus ibi reliquit, ac sub Frederico 1. Imper. Ductor Militum, atq. maximus in armis militauit, vt meritò iure ab eo Comitis titulo Saxi Rubei, Montaronis & aliorum Oppidorũ, in *A*ssisii, & Perusiç finibus munificè cohonestatus fuerit. An. D. 1170.

Ex Chron. & Annal. Minor. An. 1215. & 1257.

13 Ex cuius vetustissimæ Nobilitatis sanguine Assisii diem suum vidit natalem B. Philippa Leonardi d. Ghislerii 7. filia, s. Claræ Assisinatis discipula, virginitatis dono, & cælestibus gratiis plena obiit monialis die 13. Octob. 1257 in Diui Damiani Monasterio prope Assisium. Cuius Corpus in Ecclesiam s. Clarç Assisii translatum fuit. *F*amilia de Ghisleriis circa an. 1260. Assisii, & an. 1303. Perusiæ desiit.

14 Fortebraccius prędicti Ghislerii alter filius, fami-

familiam de Fortebracchiis in Augusta posuit Ciuitate an. sal. 1200.

15 Oddo verò eius filius Montoni in Agro Perusino regnauit Dominus an. 1220.

16 Ab hoc, Braccius Senior de Fortebracchiis Perusinus Preturam Tudertinam exercuit an. 1265.

17 Franciscus de Fortebracchiis à Montone fuit Senensium Generalis an. D. 1339.

18 Ac Braccius alterius Oddonis filius de Fortebraccis Montonensis, rei bellicæ gloria maximè celebris, pro pluribus imperantibus coroni[s] Classium Præfecturam, tanta animi fortitudine sustinuit, vt Perusia, Assisium, Tiphernum, Eugubium, Tudertum, Spoletum, Interamna, Narnia, aliæque adiacentis Vmbriæ Ciuitates, tanto copiarū Rectori, se dederint regendas non inuitè vsque ad eius mortē an. Do. 1424.

19 Comites Carolus, & Oddo 3. filii d. Braccii Iunioris,
20 Bernardinus d. Caroli filius, atque Nicolaus
21 Fortebraccius, nepos d. Magni Braccii Iunioris ex
22 Stella eius Sorore, omnes Animosissimi Bellatores, & plurimorum Principum, ac Rerum p. Generales Duces An. verò 1530. in d. Bernardino celebris hæc familia de Fortebraccis Perusiæ, & Mōtoni penitus extincta.

23 A familia de Fortebraccis Perusinis circa an. 1202. originem traxit Prosapia de Fortebraccis, inde de *Bracciolinis* nuncupata in Ciuitate *Pistorii*, quæ Castrum S. Martini in Agro Pistoriensi condidit. Atque eodē tempore Fortebraccii Senēses prosiliere.

24 Quibus in Ciuitatibus inter nobiliores adhuc viuūt, & per multi emicuere armis, & litteris præstantes.

25 Ex gente Ghisleria Bononiensi prodiere non pauci viri celeberrimi, scilicet Lābertus d. Ghislerii 5. filius an. sal. 1096. Dux Militum Cruce signatorum in primo Terræ sanctę certaminæ, sub Gerardi de Lambertinis Trium millium Bononiensium Generalis ductu,

26 Ham-

Ciactus ibid. an. 1200.
Pectus Annal. Tuder. An. 1265.
Histor. Senen. An. 1339.
Pellinus, & Chrispoltus hist. Perus.
Suprac. Script.
Saluius hist. Pistorien.
Ex Priuil. Ferdinan. 2. Imp.
Thomasius hist. Senen.
Io. Francis. Niger. in Addict. ad hist. 1. Cruc.
Duran. Dorius in Coment. rerum Vmbriæ. An. 1096.

Gherardacius an. 1188. hist. Bonon.

26 Humbertus d. Alberici filius, Dux Militum fortissimus, vnà cum multis Patritiis Bononiensibus Cruce signatis an. 1188. contrà Saracenos, pro recuperatione Terræ sanctę arma suscepit.

27 Gerardus, siue Gherardus præfati Ghislerii 7. filius, an. 1207. Perusiæ Prætor integerrimus.

Pellin. hist. Perus. an. 1207.

Dorius ibid. an. 1217.

Io. Petrus Serinarius his. Romanor. 1238.

Cencius Camerar. an. 1186. & 1190.

28 Vgolinus d. Gherardi filius an. 1217. cum aliis selectis militibus Bononien. ac cruce signatis ad sacrū bellum contra Infideles profectus est. Ac an. 1238. fuit vnus de duobus Ducibus mille Peditum in fauorem Eccles. Romanæ contra Fredericum 2. Imper. cum Aurelio Hperini de Alberinis Romani Senatoris an. 1190. filio, ac Lariani in Latio Domino, qui Hperinus fuit frater germanus Gibelli, Vrbis Senatoris an. 1186.

Pellin. an. 1233.

Vizzanus 1237

B Vita Ezellini Tiran. Patauii.

Gherardac. hist. Bonon. an. 1249. & 1261

29 Rambertus, siuè Lambertus 2. supradicti Vgolini filius, cum mero, & mixto imperio Præturā Perusinā sustinuit. an. 1233. mox à Patauina se abdicans, Bononiam se transtulit, vt ferream illam ætatem Frederici 2. Imperat. incursionibus, & clade afflictā, præsenti animo liberaret. an. sal. 1237. vnà cum Vgolino patre, & Gulielmo patruo, atque aliis Proceribus Bononiensibus, pro seruanda concordia inter Bononienses, & Mutinenses Iuramenta prestiterunt an. 1249. & idem Rambertus à Republica Bononiensi, tanquam eius præcipuus Senator ad Vrbanum 4. Pont. Max. Orator missus fuit an. 1261.

Idem an. 1257.

30 Lambertus 3. siue Bertinus Gherardi 2. d. Vgolini filius tanquam vnus de Antianis, & Consulibus Bononien. moenia suæ Patrię amplificanda curauit an. D. 1257.

Gherardac. an. 1270. & 1283.

31 Vbertinus Benuenuti d. Ramberti filius, vnà cum Bononiēsi Iuuētute primę nobilitatis, splēdidissimè indutus, in locupletibus nuptiis Bononię celebratis, hastis concurrere omnium plausu aggressus est A. D. 1270.

1270.& Præfectus militum Bononiẽ.contra Imolẽses an. 1283.

32 Guidottinus Prẽdipartis d.Vgolini filius an.1275. fuit Pistorii Prætor, contẽporaneus Banii de Ghisiis Patritii Senensis, & Capitanei eiusdem Ciuitatis Pistorii, atq. vti vnus ex Senatus Bononiensis Sapientibus, Bertoldo Vrsino Bononiæ Rectori obses datus pro Patriæ tranquillitate se ipsum cum aliis Proceribus obtulit in subsidium an. 1280. obiit Ansianus, & Conseruator Bononiæ an. 1290. *Saluius hist. Pistorii an. 1275* *Gherardac. ann 1280. & 1290*

Bononia à Felsino Tuscorum Rege condita & à Rege Bono eius successore ampliata, Bononia, uel ut omnibus bona, & bonorum omnium Artium Magistra; & Felsina sine felle omnibus appellata; deinde splendidissima Romanorum Colonia, factionũ dissidiis ex ardescente an. Do. 1276. quarum altera Gibellinis, Cæsarum Partibus addicta, altera Guelphis Pontificiæ Sedi fauentibus patrocinata; Ghisieria Ecclesiasticam, armis, & consiliis indefessè, fuit prosequuta, & in concordia inter Geremæos Guelphos, & Lambertinos Ghibellinos Ghisieria vti Ecclesiastica pro Geremęis fidem dedit An. 1279. *Pompeius Vizzanus hist. Bonon. an. 1276. & 1279.*

33 Thomas d. Ramberti alter filius, imploraturus fauorem apud Pontificem Nicolaum 3. inter selectos Senatores legationem honorificè obiuit an. 1276. Populiq. Brixiensis Præturam gessit an. 1294. atq. Portis Stieræ fuit Tribunus an. 1298. *Idem Vizzan. an. 1276. Histor. Brixiæ an. 1294.*

34 Iacobus, alter Prendipartis filius, Pistorii Prætor an. 1276. ac Ductor Militum pro Bononiensibus in Foroliuienses an. 1282. & deniq. an. 1290. Eques Hierosolimitanus *Saluius A. 1276 Gherardacius An. 1282.*

35 Vbertus, & Righettus suprad. Benuenuti filii fuere Militum Præfecti in Bello Bononiensi contra Imolenses an. 1283. *Idẽ an. 1283. Dorius Cõmentar. an. 1291.*

36 Therisius dicti Lamberti 3. filius, Ductor Militum Bononiensium in sacro Bello contra Turcas an. 1291.

37 Thad-

37 Thaddæus alter Prendipartis filius an. 1293. Præfectus Fabricæ noui Palatii Iuris dicendi Bononię extitit. — *Gherardacius an. 1293.*

38 Guidottus, siuè Guidottinus 2. d. Thaddæi filius an. 1289. Consul Bononię, vnà cum Gulielmino, & Rainerio eius filiis. Tribunus Portarum Bononiensiũ an. 1292. & 1296. idem Guidottinus pro Florentinis Bononiensem Militiam moderatus est. an. 1312. — *Idem an. 1289. 1292. 1296. & 1312.*

39 Antonius Gulielmini filius q. Gherardi 2. fuit Tribunus Portæ Stieræ Bononien. an. 1297. — *Idẽ an. 1297.*

40 Franciscus d. Thomę filius, nobilis Miles, ac Senator Reipub. Bononien. Placentiæ an. 1301. Perusiæ an. 1312. Prætor, Populi, ac Communis Florentiæ Capitaneus, ac Defensor Artium eiusdem Ciuitatis an. 1313. an. 1315. Tribunus Portarum Bononiensium, ac factionis Ecclesiasticæ Consiliarius, nec non Orator Reipub. Bononien. ad varios Principes demum S. Geminiani in Thuscia Rector. an. 1316. ius tribuit vnicuique suum. — *Histor. Placen. Floren. & Perusiæ. Gherardacius An. 1312. Carolus Strozzius de Magis. Florent. & Status.*

41 Petrus alter d. Thomę filius Pręfectus Militum Bononien. pro Florentinis an. 1315. — *Idem 1312.*

42 Decius supranominati fratris Iacobi Equitis Hierosolimitani filius ante votum, pręfati Franciscus, & Gerardus, ac Bartholomæus Faccioli de Ghisleriis filius, vnà cũ aliis Patritiis Bononien. ab Henrico 7. tanquam Ecclesiæ infensi, ac sui Imperii Hostes in exilium fuere propulsati an. 1313. — *Idem 1313.*

43 Ridolfinus præfati Lambetti 3. filius Tribunus Portarum Bononien. an. 1302. — *Idem 1302.*

44 Gerardus 3. alter d. Lambertini filius vnus ex quatuor Oratoribus Bononiẽ. ad Clemẽtẽ 5. A. 1310. — *Idem 1310.*

45 Guiduccius suprad. Guidottini filius Dux militum Bononien. pro Florentinis contra Henricum 7. Imperatorem an. 1312. — *Idem 1312.*

46 Ioannes frater Raynerii Lusitaniæ Equitis filius. Alter Ioannes suprad. Francisci filius. Ac Petrus, — *Gherardacius, et Vizzanius. An. 1315.*

à prefato Lambertino genitus, nec non Henricus omnes de Ghisleriis Præfecti Equitum Bononien. afuere in Bello Montis Catini pro Florentinis contrà Imperiales an. 1315. & 29. Augusti eiusdem anni, et

47 supradictus Henricus cum quinquaginta Ciuibus Bononien. in eodem prælio preclare occubuere.

48 Lambertinus 2. siue Bertinus nuncupatus, d. Gerardi 3. filius Ansianus, & Consul Bonon. an. 1320. *Gherardacius hoc anno.*

49 Bonapars Nicolai filius Vniuersitatis Perusiæ Prætor an. 1337. *Pellin. A. 1377.*

50 Raynerius dicti Gulielmini filius an. 1349. Cœnobiorum s. Mariæ Rheni, & S. Saluatoris Bononien. ordinis Canonicorum Regularium Prior religiosissimus. plurima bona ab aliis subrepta suo Ordini recuperauit, diem clausit ab omnibus commendatus 19. Martii an. 1374., atq. in d. Monasterio s. Saluatoris sepultus. *Signius Histor. Canon. regul. l. 4. c. 7.*

51 Thomas supradicti Petri filius Pistorii an. 1366. & iterum 1398. Prætor. *Saluius bis annis.*

52 Mattheus narrati Gulielmini filius, Nobilis, pius, ac fortis eques Miles, nec non malis hominibus infensus, Ab Antonio Montefeltrio, Vrbini Comite. An. Do. 1398. Eugubium missus pro pace inter plures Eugubinos patritios cōponēda, post duos menses compositę pacis, obiit Eugubii maximo dolore Ciuium. *Ex Chron. MS Chrispi Durantis Gualden. apud Vincen. Armannium*

53 Gualengus d. Boneparris filius in disciplina militari Dux egregius Patriç oppidum Plebis, sibiq. immortale decus comparauit an. 1381. *Vizzanus, & Monum. Cancel. Bonon. 1381.*

54 Bartoluccius an. 1385. Ioannes 3. eius filius an. 1401. & Vgolinus eius nepos an. 1403. Senam Veterem, Virginis Ciuitatem, Sanctorū, excellētiūq. Virorum, ac studiorū Alumnā, nec non Romanorum nobilissimā Coloniā, eximia cū laude fuere moderati. *Histor. Senarū his annis.*

54 Idē Ioannes dicti Bartoluccii filius an. 1399. Fulginiæ, & an. 1403. Perusię Prætor integerrimus. *Histor. Fulgin. & Perus.*

B 55 Thomas

55 Thomas 3. Philippi filius Tuderti egregiè commendatus ius dixit. an. 1417.

56 Petrus d. Bonepartis filius Canonicus Regularis d. Monasterij s. Saluatoris Bononien. vbi obiit an. 1410.

57 Aegidius, & Bertoldus Duces Equitum preclari
58 an. 1418.

59 Franciscus 3 suprad. Antonii Lābertini filius Congregat. Canonicorum Regularium, ac Coenobiorum s. Mariæ Rheni, & S. Saluatoris perpetuus Prior, non minus doctrina, quam probitate venerandus, Religiosorum penuria collabentem societatem restituendam curauit, atq. B. Stephani de Cionis Senensis ope S. Ambrosii Monasterium apud Eugubium suę Congreg. adiunxit an. 1418. Obiit non sinè odoræ sanctitatis die 27. Maii 1429. & apud corpus d. B. Stephani quiescit in d. Ecclesia s. Saluatoris.

60 Carolus suprad. Thomę 3. filius, à Papa Eugenio 4. an. 1440, fuit unus ex sexde cim Senatoribus Reformatoribus Ciuitatis Bononię electus, & Eques Hierosolimitanus.

61 Guidus sui ingenii monumenta prodidit, Poesi, Historia, ac philosophia circa an. 1440.

62 Bononia seditionum incendiis denuo laborante an. 1445. alter Franciscus supr ad. Thomę 2. filius, vna cum Baptista de Canetulis, tanquam factionis Guelphæ Ecclesiasticæ Princeps, Annibalem de Bentiuolis eorum affinem aduersæ partis Primipilum trucidauit die 24. Iunij eiusdem anni, & Ferratiam petiit; è Patria omnibus ferè Ghisleriis per Ghibellinos expulsis.

63 Georgius, & Franciscus 5. Bonepartis 2. Ducis
64 Militum insignis filius, Bononię permanentes nullisq. adherentes factioni vitam duxere tranquillā. Ab his originem habent Ghislerii hodie Bononiæ

superstites

Pectus Annal. Tuderti 1417. Signius vbi sup.

F. Leander de Ital. in Bonon.

Signius vbi sup. Maurolicus hist. Relig. de Canon. Regul. s. Saluat. lib. 5. Morigia hist. Relig. Pectus l. 3. c. 52.

Periantes hist. Ital. an. 1440

F. Leander vbi sup.

Pizzanius an. 1445.

Monumenta Bononie.

superstites. Georgius fuit pater Gualenghi, fato suo functus est Bononiæ an. 1480. suprad. verò Franciscus J. C. celeber, non tam animi bonis, quam diuitiis affluens longæuus obiit Bononiæ an. 1494.

65 Virgilius prædicti Francisci filius, à Iulio 2. Pontifice 40. nobilium sapientum Bononię regimini adiunctus an. 1506. pulsis Bentiuolis, & post pristinæ dignitati Ecclesiasticæ restitutis, tanquam contrariæ factionis defensor originario honoris loco deiectus per Leonem X. fuit insigniter decoratus an. 1513.

66 Nicolaus Coriolani supradicti Francisci filius Capitaneus Bononiensium non vulgaris an. 1520.

67 Georgius 2. Nicolai 3. filius insignis Monasterii s. Crucis Saxiuini Congregationis s. Mariæ Montis Oliueti in Fulginiæ Diœc. Prior Venerabilis an. 1527.

68 Bonapars 3. suprad. Virgilii filius an. 1523. Senator Bononiensis.

69 Philippus Carolus Francisci d. Virgilii filius an. 1550. Bononiensi Senatui adscriptus.

70 Hector d. Gualenghi filius Caroli 5. inuictissimi Imperatoris an. 1550. Acersecomes Aulicus à Pio 5. Pont. Max. sui Præsidii Præfectus fuit constitutus an. 1572.

71 Hieronymus Francisci Mariæ suprad. Bonepartis 3. filius, reconditis litteris, & legum scientia ornatissimus, humana, & Diuina iura in Gimnasio Bononiensi celebri cum Auditorum frequentia, atq. egregia laude fuit publicæ interpretatus an. 1580. Carolus eius frater fuit Dux Militum Esculi, & Anconæ, a P. Pio 5. constitutus an. 1572.

72 Franciscus d. Philippi Caroli filius an. 1585. Aduocatus Consistorialis, vtriusque signaturę Referendarius, ac an. 1595. Bononiæ Senator.

73 Camillus Georgii Mariæ filius Senator Bononien. an. 1607.

74 Georgius 3. d. Camilli filius Eques, & magnus

Ex arbore Ghisleriorum ab an. 1050. vsq. ad an. 1660.
Ex libr. Cancell. Com. Bonon.

Crescentius par. 2. Coronæ Nobilit. Italiæ.
Chron. s. †. Saxiuini. A. 1527

Breue P. Pii 5. apud P. Hectorem Ghisleriũ Cõgreg. Orat. Bonon.

Ex Monument. Sapien. Bonon.
Carolus Cartharius in Syllabo Aduocat. Consistor. in hunc Franciscum Ghislerium.

Commendator Hierosolimitanus, & Maritimæ legionis Præfectus an. 1600.

...iuilegia apud ... P. Hectore ... bisteriam.

75 Gualengus 2. alter Camilli filius an. 1607. Senator Bononiensis

...dosius de Iu... isconsul. Bo... on.

76 Alexander Metropolitanæ Ecclesię Bononiensis Canonicus conspicuus, atq. in Collegia Iuris Consultorum Bononiensium cooptatus An. 1620. & vnà cum fratribus, & Nepotibus Comitum titulo Castri Felcini in Romandiola insignitus an. 1625. obiit Bononiæ an. 1659.

...iuilegium ...pud Episcopū ...errasinen.

77 Cherubinus religiosus monacus Cassinensis Episcopi Terracinensium dignus germanus frater, è viuis discessit an 1658. Monasterii s. Proculi Bononiensis, Prioris titulo decoratus.

78 Hector 2. d. Gualenghi filius morum suauitate, ac uitæ integritate commendatus, militari gloria apud Summos Pontifices, Ferdinandum 2. Imperatorem, & Rempublicam Venetam, vna cum suis fratribus Theodosio, Alexandro, Camillo, & ~~Fausto~~, non parum claruit. Quibus vita functis, mundanas spernens illecebras in Oratorio s. Philippi Nerei inter sacros Presbyteros pietatis insignia Bononiæ in præsenti exercet.

79 Philippus Carolus 2. supradicti Francisci filius, ex Libertatis Bononien. Quadraginta Nobilibus Conseruatoribus Senator ab An. 1638. vsque ad præsentem diem. Qui cum ingenii dexteritate, ac multiplici scientiarum cognitione Summorum Virorum beneuolentiam, tum pręclare stirpis splendore Eminentissimorum Principum, & potissimum Fachenetti, P. Inocentij 9. Pronepótis, Spadæ, Ludouisii, nec non dignissimi Presulis Io. Lucidi Palumbaræ, olim Augustę Perusiæ, & Vmbriæ Gubernatoris incorruptissimi, & nunc Pisauri Episcopi, affinem coniunctionē adeptus, arduis factis, & patria dignis operam impendit indefessam.

80 Viuunt

80 Viuunt hodie duodecim ex Ramo Ghisleriorum
81 Bononiç; scilicet d. *Philippus* Carolus Senator cum
82 Francisco eius filio, ac duabus filiabus, nec non
83 prædictus Com. *Franciscus* Maria Episcopus
84 Terracinen., tres filiæ q. Comitis Andreæ, Ducis
85 Catafractorum sedis Apostolicæ, ac præfati
86 Episcopi germani fratris. Ac P. Hector, ~~Faustus~~,
87 Lucretius, & Thomas ~~alterius Virgilii~~ q. Fausti de
88 Ghisleriis filii.
89 Conspirationem insectati Ghislerii Bononienses,
90 de discessu cogitantes, diuersa Italiæ loca tenuere an. Do. 1445.

91 Cæsar d. Thomæ 3. Philippi Senioris filius, eodem anno cum patre properauit Vicentiam, vbi suam
92 collocauit familiam, quæ ibi circa an. 1590. desiit in *Polisena*, filia *Caroli* Cęsaris Caroli senioris supradicti *Cæsaris* Senioris filia, & vxore *Petri* Cappesanctę nob. Vicentini.

93 Paulus *Philippi* Iunioris, Lippi nuncupati, q. d. Thomæ filius, eodem anno 1445. Romam petiit, quippe qui, vt ab Hostium se tueretur insidiis, Stemma, & Ghisleriorum cognomen in Consiliariorum agnomen commutās, otio consuluit Posteritatis.

94 Ex d. *Pauli* germine Romæ exortus est an. 1507. *Io.* Baptista de Consiliariis *Prothon. Apost.* de Numero Participan. Cam. *Apost.* Pręses, ac Clericus a *Paulo* 4. inter S. R. E. Card. adiectus an. 1557. vnus ex tribus Cardinal. Romæ, ac totius Ecclesiæ Status Gubernatorib⁹, ac *Præsidētibus*, deīde ad Hispaniarū *Regē* Legatus Apost. In quibus gubernio, & legatione sic se gessit, vt in Italia, ac Hispania etiā adhuc de eo vigeat celebris memoria. an. 1559. mense Augusti Camerini Episcopus electus: sed nō potuit cōsecrari, quia die 24. eiusdem mensis decessit Aetat. an. 52. & in eius Ecclesia titulari S. Nicolai in Carcere.

Petramellarius Pellinus, ac Ciacconus hist. Cardin.

Vghellus

95 Verc-

95 Venerabilis Pater Paulus eius Germanus, vnus ex quatuor Teatinæ Congregagionis Institutor, & eximius Basilicae Vaticanæ Canonicus, & dicti P. Pauli 4. intimi Cubiculi Præfectus, ac Consiliarius, Virginitatis innocentiæ, ac regularis obseruantiæ diligentissimus Custos, purpuream ipsam dignitatem recusauit. è viuis ereptus est die 24. Aprilis 1557. posteris vtilia relinquens exempla, & Romæ in Basilica Vaticana, publicis lachrimis fuit sepultus, mandato, & expensis d. Pauli 4. Pont. Max. alterius fundaroris d. Congregationis vnà cum B. Gaetano Thieno Vicentino, ac Bonifatio à Colle Alexandrinæ a Palea.

Tufus Epis. Acerra, Silos, Caraccius, & alii Chronistæ Theatinorum. P. Stephanus Pepe in vitam B. Gaietani. Bzouius an. 1524. n. 49.

96 Ex eadem pariter Romana prole natus est Io. Petrus de Consiliariis, dd. Cardinalis, & P. Pauli Nepos, sacræ Consultæ Præsul integerrimus, qui a Pio 5. Pont. Max. agnitus suæ esse agnationis, gentilitio stemmate, & antiquato cognomine de Ghisleriis iussus decorari an. 1572. Vrbis veteris, Firmii, Camerini, Perusiæ, & Vmbriæ Flaminiæ, aliarumq; Ciuitatum, & Prouinciarum gubernia cum imperio, & laude sustinuit ab an. 1567. vsq. ad eius obitum an. 1587. X. Decembris sepultus in Ecclesia s. Mariæ de Traspontina.

Rubeus de Actis Io. Petri de Ghisleriis Romandiolæ Præsidis. Catena, Ciacconus, & aliiin P. Pii 5.

97 Hæc autem Romana proles penitus interiit an. 1610. Romæ in nobili Matrona Camilla, enarrati Io. Petri Nepte, Hærede, atque Vxore Angeli Iacobilli, Patritii Fulginatis, qui fuit frater Flaminii Iacobilli, vtriusq; signaturæ Referendarii, vnius ex 24. Referendariis Iudicibus participantibus à Sixto 5. creatis; fuitq; Germanus Francisci Equitis s. Michaelis Galliæ. Præfata verò Camilla fuit Mater Ludouici Iacobilli I. C. Fulginatis Prothonotarii Apostolici, vitarum sanctorum Vmbriæ, atq; Annalium eiusdem Prouinciæ Scriptoris hodie clarissimi.

Ex testamento d. Io. Petri de Ghisleriis, an. 1587. Ex breuibus P. Sixti 5. an. 1589. ex Ludouici 13. Galliarum Regis an. 1620.

98 Seba-

98 Sebastianus Ghislerius memorati Pauli germanus frater cum Lippo Iuniori eius genitore eodem anno 1445. viciſsim petiit Boſchium, non ignobile oppidum in ditione Mediolanenſi, Dortonenſis Dioeceſis, antiquis ſignis, & cognomine congaudēs. *Ex Monum & Proceſſ. Boſchij, & Bononiæ an. 1571.*

99 E Ramo Ghisleriorum Boſchii natus eſt an. 1504. Michael, filius Pauli Antonii ſuprad. Sebaſtiani, qui annum agens 14. Prædicatorum Ordinis Religione ſe obſtringens, cunctis Magiſtratibus Domenicani coetus potitus, ſacræ Inquiſitionis Commiſſarius generalis, a Paulo 4. Pont. Max. an. D. 1556. Nepiſinus, & Sutrinus Epiſcopus creatus; ſequenti anno ab eodem Pont. S. R. E. Card. tit. S. Mariæ ſupra Mineruam, ac ſummus electus Inquiſitor. Deniq. præter omnium expectationem, Spiritus sancti impulſu, admirabili Purpuratorū Patruum cōſenſu, & plauſu, Apicem Apoſtolatus adeptus An. D. 1566. Pius V. fuit prænominatus. *Acta, & Proces Canonizationis P. Pii 5.* *Petramellarius. Ciacconus, & alii in vitis Pontif. & Cardinal.*

Hic

Studio non obſeruandæ ſolum, ſed amplificandæ Catholicæ fidei accenſus, Chriſtianam diſciplinam in Vrbe, & in Orbe reſtituit, ſacroſanctum Tridentinum Concilium pro virili obſeruandum curauit, Hæreſes expulit, & profligauit. Beneficētiſſimus egenos aſſidua largitione ſubleuauit; modeſtia, caſtimonia, & ſanctitate mirificus, Naualis Belli victoriam omnium ſæculorū maximè memorabilem, diuinę mentis inſtinctu vaticinatus. Sui auguſti, & ſancti pectoris acta, & conſilia, non tam marmoreis lapidibus, atq. editis prodigiis, à ſacra Rituum Congregatione probatis, quam Hiis Beatorum ſedibus æternum commendauit.

100 Dominina Gardinæ tanti Pontificis Sororis filia, & Marci de Bonellis vxor, genuit Michaelem de Bonellis S. R. E. Cardinalem Alexandrinum dictum,

qui

qui mirificè legationes pro Sede Apostol. , Lusitaniæ, Hispaniarum , & Galliarum exercuit, ac sanctæ Ecclesiæ supremus Camerarius extitit . Decessit Anno 1598. ac

101 Hieronymum eius Germanum, Cassani Marchionem , Boschii Comitem , atque Fabri , & Salcii Dominum .

102 Hæcdemum ætas numerat Michaelem de Bonellis Montanariæ in Regno Neapolitano Ducem, Cassani Marchionem , Boschii Comitem , & Salcii pariter Dominum .

103 Atq. Carolum de Bonellis eius Patruum , Vrbis Gubernatorem, & a S D. N. Alexandro 7. sapiētissimo, & Religiosissimo Pontifice sedente, Chorinthiorum Archiepiscopum, & apud Regem Hispaniarum Nuncium selectum .

Catena, ac Gabutius in vita Pij V.

104 E supradicta linea Boschii floruere pariter alter Paulus Ghislerius Luciani , Francisci , Michaelis 1. filius , ac P. Pij V. pronepos , qui cum esset Miles egregius , & in Nauali Prælio Nauem Turcarum cepisset, ad eodem santissimo Pontefice suburbanæ Regionis Custodiæ suæ Prefectus constitutus fuit . an. sal. 1572.

Monum. apud Antonium Interamnæ Gubernatorem.

105 Philippus Paganini , Sebastiani 2. q. Michaelis 1. filius à P. Pio 5. Anno 1570. Eques Militiæ D. N. Iesu Christi creatus fuit, & ab eo Prædiolum Pii 5. extra Portam s. Pancratii Vrbis obtinuit, & obiit Romæ an. 1590.

Ex Monum. & Breuibus apud eundem Vghellus de Epis. Strūgulē.

106 Sebastianus 3. alter d. Paganini filius , & d. Philippi germanus frater , sub Sixto V. multis in Ecclesiastica Ditione Præfecturis honorificè administratis ; sub Clemente 8. variis in locis Apostolico Vicario officio cum honore prefunctus. an. 1592. Gubernator Aesinus , extitit. Qui Vrbem Aesinam è Piceni ditione subeuntem, pristinæ libertati restituit . Ab eodem Clemente 8. an. 1600.

Epi-

Episcopus Strongulensis in Calabria creatus; præclaras Pii V. virtutes emulari conatus fuit. Obiit Romæ an. 1627. & in sepulchro a d. *Pontifice* condito, pro se, & eius familia in Ecclesia s. Mariæ super Mineruam tumulatus est.

107. *Fredericus* Francisci Lamberti Luciani de Ghisleriis filius, fuit in armis Miles eximius. à *Papa* Clemente 8. an 1595. Locumtenens generalis exercitus Ecclesiastici in Vngariam creatus fuit. A *P.* Paulo V. an. 1606. Patrimonii Tribunus Militum, à Carolo Emanuele Sabaudiæ Duce an. 1617. Præfectus generalis Equitum, a quo in prȩmium suæ virtutis obtinuit Marchionatum in *Pede Montio* obiit an. 1619. Taurini, vbi familiam de Ghisleriis fundauit, & in Barbara eius filia desiit an. 1620. *Monum. apud P. M. Pium de Gimundis Boschensem Inquisit. Eugub.*

Viuit ad præsẽs de eadẽ linea Ghisleriorũ Boschii, ac præfati *P. P*ii V. consanguineus proximior

108. Antonius Ghislerius I. C. Romanus, Michaelis 4^tius nominis filius, ac prȩfati Sebastiani Ghislerii è Boschio, Strongolensium Episcopi Nepos dignissimus. *P*rimus ex Tribus Electoribus Ghislerii Collegii Ticinensis, à *P*io V. ædificati ex iure *P*atronatus; olim Cassiæ, & eius Territorii in Vmbria, nunc Interãnæ Vigilantissimus Gubernator

109 Ex eadem linea viuũt simul in ipsa Ciuitate Ticinì

110 *P*ius, atq. *A*lexãder, & Romȩ Ludouicus alter eorũ

111 frater, nec non *P*hilippus, nunc *P*ius nuncupatus

112 Monacus Cassinensis omnes Io: Baptistȩ filii ac d. *A*ntonii pronepotes, et cum eo ẽx quinque superstitibus de familia *P. P*ii V. ac in quodam fideicommisso eiusdem sanctissimi *P*ontificis vocatis.

*P*ostremo hæc progenies ex spectabilioribus Bononiæ, Aretii, Aesii, Auximi, *A*sisii, Romæ, Boschii, Ticini, Vicentiȩ, & Taurini cum nobilioribus Italiæ *P*rosapiis affinitatem se coniunxit. Nimirum cum *A*lbergatis, Bonacursis, Boncompagnis, Bentiuolis, *Ex Arbore, siue Genealogia Ghisleriorum apud Posteros.*

C Boni-

Bombaciis,Bonellis,Blãchettis, Cãpegiis,Canetulis, Capranica, Cappasanta, Carraria, Castellia, Cæsia, Celsis, Cenciis, Crescentiis, Curtis, Fachenettis, Gabriellis,Gozadinis,Grassis,Guidottis,Guidalottis, Marescottis, Montecaluis, Naris, Ottonis, Pepulis, Petramelara, Pignatellis, Spadis, Statis, Tanatiis, Trinciis Fulginiæ Dominis, Torellis, Vizanis, Vrsis, Zanis, atq. aliis non vulgaribus.

Quorum omnium Augusta merita, singulorum per pauca nomina ex priscis et nuperis deprompta monumentis, & Discursu Ghisleriorum pręfati Ludouici Iacobilli, augusta hęc lucubrationis pagina, comprimit, non exprimit.

Idem Cæsius Fulginei in magnifica, atq. ampla dicti eruditissimi Ludouici Iacobilli Bibliotheca scribebat obiter anno ab orbe Redempto MDCLX.

FVLGINIAE, Typis Augustini Alterij.MDCLX.
DD. Superiorum auctoritate.

Imprimatur.



Antonius Episcopus Fulginas.

Imprimatur

Fr. Reginaldus Grassectus Magister, Prior S. Dominici, & Vic. S. Officii Fulgin.



S. Petronius Bononiæ Epis. & Protector.



B. Philippa de Ghisleriis, S. Claræ Assisinatis discipula